

Antonij Lollij Bem
habita coram Innocent
R. Car. senatu. kalen. J

Bellum tibi hodie
les simus: ac vires
tamen auxilio freti. Quod
illud. Qui mundat lab
lestram nudi ingredim
quibus opima spolia re
(deo auxiliante) Confid
pectora virgo respice: c
pis antiquos tetro de

Si iuxta Philonis
terra cognoscimus pat
rimus ea que sunt in e
terminu humane ratio
maiestatis opprimat
mens non capit: lingu
cundū ppheticā dan
dicem aperire. Solus
apertus est libru hu
ritur hodie humano
codex acerbissime pat
nostrā redemptionē:
qui Jesus in circūcisi
saluet: vt muri Hieru
transgressio ad equar
talibus: nisi post q̄ e
puer cepisset circunc
originē: formā: miste
ergo humanissimi at
ne vagietis pueri vo

00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

Antonij Lollij Seminianensis oratio Circūcisionis dñice:
habita coram Innocentio octauo pontifice maximo frequenti
R. Car. senatu. kalē. Januarij. 1489.

Bellum tibi hodie indicimus Manichee: cui licet imbel-
les simus: ac vires tanto oneri impares habeamus: illius
tamen auxilio freti. Qui dicit: Aperi os tuū: et ego adimplebo
illud. Qui mundat labia imperfecti: orandi discriminosa pa-
lestam nudi ingredimur: cū appelle progressuri et Manicheo: e
quibus opima spolia reportaturos nos ac victorie triumphuz:
(deo auxiliante) cōfidimus. Ergo ades: et vultu placido mea
pectora virgo respice: que rōm pariens pro crimine primo: Eri-
pis antiquos tetro de carcere patres. *Aue Maria rē.*
Si (iuxta Philonis sententiā) cum difficultate que sunt in
terra cognoscimus pater sancte: quo ingenio: qua mente pote-
rimus ea que sunt in celis apprehendere: cū omnē metam: oēm
terminū humane rationis excedant: Cum perscrutatoꝝ diuine
maiestatis opprimat̃ a gloria: quaz vsus ignorat: ratio nescit:
mens non capit: lingua silet: creatura mirat̃. Soli enim deo (se-
cundū ppheticā danielis vocemus) datū est sacri misterii coi-
dicem aperire. Solus ipse aperit: solus claudit. Legamus (dū
apertus est) libzū hunc. qz si clauerit nemo nobis aperiet. Ape-
ritur hodie humano generi circūcisionis liber: referat̃ primus
codex acerbissime passiōis: emanat et fluit primus sanguis in
nostrā redemptionē: didicimus hodie nostri parentis nomen
qui Iesus in circūcisione appellatus est. Venit enim vt mūdū
saluet: vt muri Hierusalē edificent̃: quos sola primoz patrum
transgressio adequarat. Non suffecerat nasci rōm miseris mor-
talibus: nisi (postq̃ cōsumati sunt dies octo) sanguinē adhuc
puer cepisset circumcisus effundere. Cuius quidē circūcisionis
originē: formā: misteriiū: breui ppendio pertrāsibimus. Silētiū
ergo humanissimū auditores: peperit enī Maria virgo et timet
ne vagiētis pueri vocem Herodes excipiat: timet ne quis defe-

rat: ne quis loquat. ¶ Si humani generis decursus beatissime
papa Innocenti recte animo metiamur: videbimus a deo hu-
manū genus: nullo vnq̄ tempore fuisse nulla etate relictū: sed
apud eum cuius propriū misereri est: potuisse semper pietatis
fontes vberrimos reperiri: hanc pietatem: hanc gratiam: Cuz
pater primus noster Adam suo arbitrio perdidisset: et vniuer-
sam infecisset prosperitatē. Continuo filiū eius Abel in gratiā
reuocauit deus: et de manibus suis sacrificiū (nō respiciēs p̄is
inobediētiā) pie humaneq̄ suscepit. Deinde super Enoch: su-
per Enos et Noe vsq̄ ad Abrahā misericordia in eo comperta
est: qua humano generi (licet non vniuerso) mira benignitate
succurrit. Nec sat sibi in sortez eleģisse paucos fuit: nisi et Abra-
ham in multaz patrē gentiū constitueret: huius mystice circū-
cisionis auctore. Vix enī primus octauo die transacto Isaac pu-
erū circūcidit: pro quo cum in Typum dñi montē illum imola-
turus ascenderet: aries inter vepres apparuit. Ab hoc viro san-
ctissimo duodecim iudeoz tribus profecte sunt: et totus Israel-
iticus pplus originē habet. qui ab alienis preputioz circūcisio-
ne secernit: quā septingentis annis fuisse ante datam Moy-
si legem priscoz monumentis accepimus. Cum autē Abraam in-
telligimus: quē natus fuisse post diluuiū scripsit Melo. Quiq̄
duabus vxoribus Egyptie videlicet et indigente copulatus fu-
it: cuius duodecim filij ex Egyptia que ancilla erat vniuersam
Arabiam tenuerūt. Unde illoz sublatu est error: qui nō Abra-
hā patrem Isaac: sed alterū qui post migrationē Jacob in egyptum
natus est inuenisse primū circūcidendi pueros cōsuetu-
dinē astruebant. Illū Elach fuisse filiū et pastore dicunt: vxorez
habuisse Locabeth: suscepisse Aaron quendam ac Moysen di-
uersum a Moyse illo Amaramis et Jouelis filio: qui antique le-
gis tabulas pmulgauit. Nec eadem Theodotus elegantī me-
tro cōscripsit. Confirmat Artapanus ac Philon nō iudeus. No-
ster vero de quo loquimur Abrahā in Camyrine Babilonie vr-
be: quam alij Urien vocant. Latine Caldeopolim dicimus ori-

ginē habet. Qui astrologie apud Chaldeos inuētor: quam Phenice
 ces edocuit: ita gratus deo: ita acceptus fuit vt primus esse me
 reret. Qui cōtra originale peccatum nobis arma porigeret. O
 quantū. B. p. huius ossibus humanū genus astringit. Fuit enī
 is quo lucescere ceperūt tenebre. Fuit is qui celū (nō dicā ape
 ruit: sed aperiēdi spem certissimā nobis tribuit. Fuit is ex cui
 semine egressa est virgo iesse: et ex quo natus saluator mundi (C
 postq̄ cōsumati sunt dies octo) voluit circūcidi. Non q̄ alicui
 peccato esset obnoxius (erat enī dei filius: in quo via colubris
 reperiri nō poterat) sed vt legis quā pmulgarat nō videret es
 se p̄tēptor. Circūcidi hodie puer altissimi: et imponit ei nomen
 Jesus qd̄ est sup̄ om̄e nomē. Hodie saluari incipim⁹. p. s. Habe
 mus enī Jesuz: habemus saluatore: qui pro hoīe quē fecit hodie
 cepit sanguinē effundere. Et cū nullā peccati maculā cōtraxi
 set: pctā nr̄a adhuc puer: adhuc in tenella etate voluit suo cru
 ore diluere. O patrē clementissimū: o habentē plena misericordi
 die viscera. Pellicano similis factus es. O ingratū Adaz. o grā
 dis inobediētia: o imanis: o imensa crudelitas: que pueri octo
 dierū sanguinē elicis. Ille lac virginis: tu pueri sanguinē emū
 gis. O Basilidiani qui passum Jesuz abnegatis. Aspiciate circū
 cisum puerū vix in luce editū sui populi iam pctā comedere. O
 Appellite qui Jesum fantasticū fuisse hoīem dicitis: audite va
 gientis vocē. Et excepto vulnere puerū dolere iaz credite. O in
 iqui Sedechiani: videte nō Sedech Ade filiū: quē x̄m falso pu
 tabatis. Sed Jesum primogenitū Marie: qui pro vestri Sedech
 parēte hodie crucētatus efficit. O crudeles nazarenī: o efferi ac
 seuiissimi Cherintiani: qui circūcisionē post resurrectionem x̄pl
 annis fere mille seruastis: Cur adhuc puerū circumciditis. Si
 crucifixus: si mortuus: si sepultus ē iste puer: cur crucifixo: mor
 tuo ac sepulto adhuc vulnus infligitis. Relinquire iam seuitiā
 hanc: et baptismo errata vestra diluite. O Aetiani: qui patrem
 passum esse astruitis: relinquire insaniam hanc: et videte octo
 dierum puerum (qui pater esse non potest) huc hodie vt circū

cidatur adductū. O Valentiani. O Alexandrini. o manichei.
quibus bellū indictū est. O Ebionite: o deniq; heretici omēs
falsi dogmatis assertores: expuite iaz fermentū vetus: et adamā
tini pectoris feritatem: et pueri Iesus considerate clementiam:
qui lacte indgens ac nutrice sanctissimā ac purissimā carnem
dolore circūcisionis affligit. Et cur pati penam hanc voluit Je
sus: qui sine peccato: qui sine labe fuit. Profecto nō alia de cau
sa nisi vt legem quā per Abrahā ediderat ostenderet iniustam
non esse. Et ne alienigena videret qui erat de Abrahāe semine
nasciturus. De eo enim scriptū est qđ in lege eius meditabitur
die ac nocte: et in lege dñi voluntas eius: quā nō soluere venit
iste filius sed adimplere. Ne tibi terra Judea que dominū tu
um nō cognouisti. Nulla tibi relinquīt expurgatio: nō dissimi
lis erat Iesus. Circūcisus erat sicut et tu. In ppria tñ venit et
sui eum nō receperunt. Decepti etiam hoc signaculo demones
sunt: qui Iesum (cum circūcisus esset) putātes peccatorē nati
uitatis sue misteria nō nouerunt. Dilexit ergo nos iste puer: et
lauit a peccatis nostris in sanguine suo. Ostēdit se hodie xp̄s
verum hominē esse: vt Alexandrinū Manicheū Ebionemq; cō
funderet. Est et alia ratio qua circūcidi voluit xp̄us: vt ostende
ret pastore ecclesie circūcisum esse debere nō in carne sed in cor
de. Huic enim vinea dñi credita est. Et cuz palmites simus: ne
cesse est vt suo circūcidamur et expurgemur exemplo. ¶ For
ma in hoc sacramento ea erat: vt postq; consumati sunt dies
octo circūcisio celebret̄. Ita enī Abrahā primus in Isaac ser
uauit: a quo ceteris circūcidendi norma tradita est. Hanc for
mā non obseruāt Arabes: sed exacto decimotertio anno circū
cidi solent: eo qđ Ismael qui eoz gentem instituit: nō nisi post
hoc temporis spaciū signaculū a patre suscepit. Sed hoc est pa
ctū meū inquit dñs ad Abrahā: Circūcidetis ex vobis omne ma
sculinū: dimittetisq; illud septem diebus matri sue: octaua die
reddetis mihi. Idq; semper postea seruatum est: vt octauo die
transacto hebreoz mares circūciderent̄. Rationes adducun

tur plurime. Tener enī vt dicunt phisici ante hoc tēpus nimis
 est puer: 7 doloris impatiēs obire facile posset. Unde refert Ari
 stoteles nō nisi septem diez pueris fuisse apud antiquos nomē
 impositū. Ante enim eoꝝ salutē credendū non erat: cuz interire
 multī paruuli psueuerint. Vel quia veluti octaua erit resurgēti
 um etas: ita videat̃ octauo die circūcisus puer: quasi a primi pa
 rentis culpa resurgere: in qua septē ante diebus iacuerat obuo
 lutus: Laborauit sex dies dñs pro hoīe septimo requieuit: octa
 uo redemit ipsum: qui dies dñi est. Fuit 7 antiqua moris ante
 octauū diem animalia in templū non offerri. Hic enī numerus
 diuinaz reruz ceremonijs erat aptissimus. Unde veteres octa
 uas festoz hoc ipso claudī numero voluerūt. Addunt 7 rationē
 suā Arithmetrīci. Nam ex sentētia Macrobij atq; Boecij octona
 rius numerus prim⁹ ex numeris cubus est: 7 humane vite per
 fectū cursum significat. Sicut enī sub figura cubitali perfecta
 bis duo bis ꝑcipiūt octo: vt tradūt Platonici 7 a Calcidio decla
 rat̃. Ita sub figura quadrangulari virtutū que exinde perfecta
 dicūt̃: bis duo bis: que ex duplici animi purgatione resultant:
 octonariū premiij perficiūt 7 beatitudinis statū: vt Plotin⁹ in
 libello de purgatiōe sapientis affirmat. Ob hoc Plato Porphi
 rius: ceteriq; platonici animaz beatay supremas sedes in octa
 ua spera ponere ausi sunt. Nam sicuti macrobio placet atq; Cal
 cidio in septem planetay speris purgatione quadā septies de
 purata: tandē in octauo die deo feliciter cōiungunt̃: 7 cuz dijs
 idest sanctis spiritibus morā trahunt. Quā quidē opinionem
 tanq; fidei nr̃e consentaneā approbare videt̃ Augustinus: xps
 (inquiēs) post resurrectionē suā septez decursis dieb⁹: octauo
 die oībus discipulis manifestus apparuit: vt ostēderet in octa
 ua resurgentiū etate vitam posse oēs degere beatissimā. Opti
 me ergo per Salomonē ecclesiastes dicit: Da partes septem nec
 nō 7 octo. quasi inferre velit: ibunt per septē dies de virtute in
 virtutē. In octauo vero (sicut ppheta predixit) videbit̃ deus
 deoꝝ in syon. Sunt 7 q; ideo octauo die circūcidi puez dicāt q

octo sint orbes illi superiores: per quos elapsas mortaliū aīas
Infusasq; corpibus arbitrant̃. Erat ⁊ alia circūcidendi forma.
Nō enī ferro originale peccatū delendū fuit. Nam vir sanguis
nū non est deus: sed petrino cultro. Petra aut̃ xp̃us est: sine cui
us gr̃a dimitti primoz parentū culpa nō potuit. Petra igitur
opus est p̃r sancte. Illa (dico) acutissima petra: qua filij sui pre
puciū Sephora circūcidit. Erasmus mēbris oībus circūcidēdi:
q; omni ex parte peccamus. Sed in eo tm̃ mēbro fieri iussa ē cir
cūcilio: vnde mortalis homo progredit̃. Et q; cum p̃pucio. i. cū
peccato nascimur oēs: circūcidimur oēs cultello petrino qui
xp̃us est. Feminas vero incircūcīsas esse voluit deus: Qd̃ neq;
vim neq; formā ad generationē prolis adhibeāt: sed materiam
dūtaret suppeditare corpibus estimant̃. Circūcīsiōne aut̃ nō
corporis sed anime tollebat̃ interitus. Virū preterea qui ad dei
imaginē factus erat: tanq̃ eius violatorē mūdari p̃mo oportu
it. Mulier vero cū (secundū Aurelij Augustini sñiam) ad ima
ginē dei facta nō sit: nō tantū vīsa est deliquisse: licet vir prima
eius suggestione peccauerit. Per vnū hoīem (inquit Paulus)
mors intravit in mundū: ⁊ posteros oēs infecit. Dunc ergo per
quē intravit circūcidamus: Nō mulierē: que originalis peccati
carnem tm̃ siue materiā administrat. ¶ Restat vt sacramēti hu
ius misteriū recludamus. Qd̃ ideo in calce orationis ⁊ loco no
uissime reseruatū est: vt illud tanq̃ postremo acq̃isitū semper
ante faciē nostrā: ante oculos: ante ora verset̃. Quid aliud mi
stica est prepucij circūcīsiō q̃ ad ipsum deū: qui p̃pter peccat
ti originē nobis cū exanduerat facta cōciliatio: facta pac̃: fac
ta vnio: per cordis ⁊ vitij circūcīsiōnē. Nam vsq; in hunc diem
sanctissimū: qui nō iniuria in caput anni cōstitutus est: exules
oēs fuimus: ac celi hostes arma habentes demonū: que ad nos
infelices Adam quasi hereditaria successione trāsmiserat. Nūc
vero nō demonū cultro sed petrino pacem cum xp̃o iniuimus.
Quā pacem (heu miserā: heu infelicitate; nostriam) videmus
bac tēpestare quasi extra mūdi terminos exulasse: circūcīdi nos

suo exemplo xp̄us edocuit: refecari prepucium ⁊ discordiarum fomē
 ra precepit. Nos vero (quibus de virtute in virtutem transeun-
 dum erat) de infirmitate ad infirmitatē transimus: ⁊ hanc cir-
 cūcidendi legem veluti abrogatam explodimus. Contra quos
 ad Eugeniū exclamat deuotus Bernardus. O petre: o Clemēs
 o xp̄i vicarij omēs: o episcopi: o sacerdotes: o diaconi: o subdia-
 conī: seruate seruate seruate circūcisionem: nō carnis (illa enī
 veteris testamenti institutio fuit) sed cordis: sed vitiorum: sed
 scelez omniū. Ne enim incircūcis pastoribus. Caueant: nō ef-
 ferant: non superbiant. Meminerint ab eo multū repetendum
 esse cui multū datum est. Grauior est eoz offensa q̄ subditorū
 Seruus in dominū peccat si quid peccat: libertus in patronum
 vasallus in regem: rex in imperatorē: imperator in summū pon-
 tificem. Pontifex autē si incircūcisus sit et delinquat: potest ad
 deum cōverti ⁊ cū Dauid dicere: Tibi soli peccaui ⁊ malum co-
 ram te feci. Circūcidite vos sicut ⁊ ceteri circūcisi sunt: sed cul-
 tello petrino ⁊ amore xp̄i. Nos autē inquit Hieronymus nō cor-
 da scindimus sed vestimenta: non petrino cultro sed acuto fer-
 ro alter alterū petit. Preclarum illud testamentū pacis in quo
 xp̄s nos heredes fecit infringimus: iacentem relinquimus her-
 editatem: non adimus: repudiamus. Negligimus pacem illaz
 sanctissimā: quam nobis cum deo prestitit circūcisio. Sine qua
 quid est quod nō coruat: dilabat: adnibile. Cuz qua quid est
 quod nō crescat: emineat: efferatur: non cedis. Audi pater san-
 cte que pestis tuū: o Assyria regnū demolita ē: discordie. Quis
 te tā late imperātem iualit Grecia: seditio. Quis libertatē ve-
 stram eripuit Persarū ac Medoz reges: inimicie. Quis La-
 cedemonij vos euertit: odia. Quis Athenienses Sytios Ju-
 deosq; prostravit: bella. Quis te o Roma mundi domina quasi
 in seruitutem redegit: que orbes etiam remotissimos tuo mar-
 te subegeras: factiones. Quis thurcis ⁊ Barbaris contra fidez
 xp̄i arma porerit: contemptus vere circūcisiois: ⁊ negligentia
 pacis. Dilybiam Asiam Beticam nostro tempore: nostra etate:

subdidere Mahumetis imperio: quos Thurcos en pater san-
cte: en papa Innocenti: en christi vicarie: nostras iam iam cer-
uicibus iminere conspiciamus: et matris nostre viscera inuaden-
tes. Scit sanctitas tua quid Rhagusei scribant. Quid Rhodia-
ni significant. Quid apud Bulonam paretur. Quid Valachus
amiserit non ignorat. Unum dico: Nonaginta et nouem alapas
(iuxta diui Hieronymi sententiam) pro ecclesia hac in cruce
perpessus est christus. Crucifigi: mori pro ecclesia hac sustinu-
it. Patiemur ne nos filij eam in perditionem labi. Conuenire
in hoc oēs christiani deberent principes: ut arma in christi hostes nō
in matris sue viscera exercerent: quibus vestis christi incōsutilis
scindit. Quas cū predones et pharisei scindere veriti sint (pro-
dolo) christiani inter se diuidere ac laniare contendūt. O petri
syrtibus inherentem nauiculam: O siculis agitatum procellis
O vndiq; a pyratis oppressam. In syllam (ut video) vergeris
vel carybdum. Omnes venti in te iam naufragam cōspirarunt
Aperti sunt vlytris omnes vtres: et cuz vite tue discrimine ipm
mare turbarūt. Nec est qui vel eolum placet: vel ventoz rabiez
pace vlla cōponat. nisi forte tu Innocētius huic calamitati christi
anoz ouium pastor (ut speramus) accurras. Qui oculi tāto ex-
cidio nō citant in lachrimas. Quis fletus cōtegat vel singult?
Nam christum nostrū: ecclesiam nostram: matrem nostram: Nō iam
ab Anna et Caypha: sed in crucem cernimus a nobis ipsis affi-
gi. Non pugnant modo Julius et Pompeius: non Scipio pro
delenda Carthagine: sed nos aduersus nos ipsos pro fide delē-
da: pro qua quis mortem verebitur oppetere. Sed populi christi-
aniani quasi duo gemelli in Rebecce vtero idest ecclesie corpore
nostra tempestate contendunt: quam nescio si matrem iam di-
xerim vel nouercam. Priuignos nos esse scio nō filios. Aues ni-
dum congerunt: oua fouent: pullos alunt. Et nos homines:
nos rationabiles: nos quasi diuinū quiddam habentes niduz
matris nostre discerpimus: laceramus: euertimus. Quid igit
christiani pontifices: quid orthodoxi principes dormiunt. Nō

interrogat Petrus ancilla: et christum negauimus. Tui predecessores pro huius ecclesie conseruatione sanguinem non dubitarunt effundere. Illi pii fuerunt: tu innocens es. Et sicut secum innocentia: ita tecum pietas esse debet. Sed quid hec ad circumcisonem inquires: nihil profecto. Unde vobis pastoribus ecclesiarum christi matrem christi: a matrem christi relinquo. Hi omnes si vere circumcisi fuissent beatissime pre ad huc starent. Non tantam fecisset iacturam christiana fides. Sed nulla sunt tam alta: tam magnifica: tam excelsa imperia: que (nisi circumcisa fuerint) non labantur. Si christus pro nobis sanguinem fudit: cur nos non fundimus. Nonne tibi o christiane satis effusum videtur cum circumciscus est Jesus: cum flagellatus: cum crucifixus: cum lancea eius latus apertum. Quid ergo ad spargendum cruorem enses acuumus: quibus (ut plurimum) vel nos ipsos: vel ecclesiam laceramus: Non tale reliquit nobis Petrus. Quis iam hodie circumciscus est: quis iam clauis venerat ecclesie: quis ei? immunitatem defendit: imo quis non inuadit: quis non rapit. Speculemur in trinijs: contemplemur foras: vicos omnes ad eamus verba nos: omnes dentes suos in hanc miseram acuerunt: ab his malis circumcidi oportet humanum genus. Hoc figurabat circumciscio iudeorum: hoc nos quod figuratum est seruare debemus. Si nihil aliud preter litteralem sensum circumciscio ac veteris legis instituta significat: diuine auctoris libros paruo precio liceremur. Et nisi omnem diuinam historiam ad christum et eius ecclesiam referamus: figmentis et fabulis vniuersa complebimus. Dicite mihi vos qui creditis preter litteralem sensum nil esse figuratum in sacris litteris. Quid sibi vult exprimi parentis latere Eva progrediens. Quid Cain Abel iusti sanguinem fundens. Quid Noe ligneam fabricans archam. Quid vinee plantatio et subsequuta ebrietas: Quid Cham verecundiam patris irridens. Quid patre Melchisedech incognito. Quid Abraham de terra sua et cognatione descendens. Quid post octo dies Isaac puerum circumciscum. Quid Isaac a patre ductus ad victimam. Quid Jacob primogenita fratris pelliurum circumpositione propriens: Quid Joseph in egyptum venditus. Quid

vniuersa per Moysen gesta significat. Quid agnus occisus in
 pasca. Quid primitiuoz extinctio. Quid postes sup limina co
 sperli sanguine. Quid trasitus maris rubri. Quid pharaonis
 obduratio ⁊ submersio. Quid mana. Quid legislatio. Quid de
 petra philiens aqua. Quid Enei serpētis erectio. Quid vniuer
 sa q̄ per heremū peragrati populo cōtigere. Quid man⁹ Moy
 si in formā crucis extente. Quid Josue. Quid iudiciū. Quid re
 gū tēpora. Quid sacrificia: ceremonieq; leuitice. Quid ppheta
 rū omniū dicta. Quid facta cōclamant: omnia xpm dicunt: oia
 xpm intelligūt: oia xpm loquunt. Est ergo circūcisio figura pas
 sionis xpi atq; p̄ncipiū. Hanc nos in corde seruem⁹. intremus
 per ianuā quā illa nobis aperuit: que hodie per baptisma lati⁹
 patet. In quo renati oēs: ⁊ hoc sacratissimo abluti liquore: des
 gratie restituimur. O saluatoris nr̄i benignitatē: o clementiā:
 o pietatē: durū visum est vt carnē scindamus. Noluit pater piis
 simos filios suos dolore aliquo affici. Inuenit antidotū nouū:
 ⁊ aperto latere vnguentū preciosissimū edidit: quo sine passiōe
 ab originali culpa mundemur. Nō vult amplius vt cruētemur
 bestiis: nō vt hircos: vt vitulos in holocaustū offeramus. Satē
 est prolutū aqua hominē esse: ⁊ coram deo corde humiliato assi
 stere. Hunc itaq; Pat. ampl. sacratissimū circūcisionis diem ve
 neremur: quē possumus sicut anni p̄ncipium ita ⁊ ianuaz: per
 quā ad paradīsum ingressus patuit appellare. Quo in loco vti
 nam peracto vite nr̄e curriculo: perenne offendamus domicili
 um. Et eoꝝ annueremur cōsortio: qui vere circūcisi sunt: ⁊ eter
 na gloria perfruamur.

**¶ Anno incarnationis dñice. M. cccc. lxxxv. Pontificatus vero
 Innocētij Anno primo.**